



**Francisci De Fargna Civitatis Plebis Patrii Philosophiæ,
Sacræ Theologiæ, ac J. U. Doctoris ... Commentaria In
singulos Canones De Jurepatronatus**

Qui sparsim tam intrà, quàm extra corpus Juris Canonici vagantur ...

Fargna, Francesco de

Romæ, M. DCC. XIX.

Canon IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72172)

C A N O N I X,

CONCILIUM TRIDENTINUM Sess. XXIV. Cap. XV.

IN Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis Insignibus, ubi frequentes, adeoque tenues sunt præbendæ simul cum distributionibus quotidianis, ut sustinendo decenti Canonorum gradui pro loci, & Personarum qualitate non sufficiant, liceat Episcopis cum consensu Capituli, vel aliquot simplicia Beneficia non tamen Regularia, iis unire, vel si hac ratione provideri non possit, aliquibus ex iis suppressis, cum Patronorum consensu, si de Jurepatronatus Laicorum sint, quarum fructus, & proventus reliquarum præbendarum distributionibus quotidianis applicentur, eos ad pauciores numerum reducere, ita tamen, ut tot supersint, quæ divino cultui celebrando, ac Dignitati Ecclesiæ commodè valeat respondere, non obstantibus quibuscumque constitutionibus, & Privilegiis, aut quacumque reservatione generali, vel speciali, aut affectione, neque prædictæ uniones, aut suppressiones tolli, seu impediri possint ex quibuscumque provisionibus, etiam vigore resignationis, aut quibusvis aliis derogationibus, vel suspensionibus.

C O M M E N T A R I U M.

EX hoc Canone sequens deducitur conclusio.

EPISCOPUS IN ECCLESIIS CATHEDRALIBUS, ET COLLEGIATIS INSIGNIBUS POTEST UNIRE BENEFICIA SIMPLICIA ETIAM DE JUREPATRONATUS, PRÆBENDIS, SEU CANONICATIBUS, ATTENTA EORUM TENUITATE DE CONSENSU PATRONORUM, VEL ALIQUOS EX IIS SUPPRIMERE, APPLICANDO EORUM FRUCTUS, ET REDDITUS DISTRIBUTIONIBUS QUOTIDIANIS, DE CONSENSU PARITER PATRONORUM, SI SINT DE JUREPATRONATUS. Quam conclusionem probant etiam *Lambertin. de Jurepat. lib. 3. quest. 6. art. 2. Roch. de Curt. eodem tract. verb. honorificum q. 3. num. 6. Dec. cons. 173. tom. 1. Gonzal. in cap. ex parte de constit. num. 9. Garz. de Benef. par. 12. cap. 2. num. 202. Oliva de for. Eccles. par. 2. quest. 43. n. 70. Panimol. dec. 98. adnot. 1. num. 20. & seq. Barbof. de offic. & potest. Episcopi par. 3. alleg. 67. n. 1. Gratian. discept. 278. n. 6. ibiq. Carol. Anton. de Luc. num. 9. Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 8. §. 1. num. 17. & 22. & 52. Pignatell. consult. 53. n. 1. tom. 5. Rot. dec. 280. num. 9. coram Bich., & dec. 260. n. 2. & seq. coram Celso, & dec. 86. num. 9. coram Peuting. & in Monasterien. Vicaria 20. Martii 1713. §. Assumentes, coram R. P. D. Crispo, & in Leodien. Beneficii 20. Januar. 1717. §. Nullitas, coram eodem.*

i Agno-

- 1 Agnoscens Sacrum Concilium, quàm sit perniciofa decori, ac divino cultui in Ecclesiis Cathedralibus, vel Collegiatis insignibus, tenuitas Præbendarum, & Canonicatum, seu quod horum redditus sint adedò tenues, ut sustinendo decenti Canonicorum gradui pro loci, & Personarum qualitate non sufficiant ad consulendum huic tam gravi divini cultus detrimento, duo hic præscripsit, nimirum in prima parte unionem Beneficiorum simplicium Præbendis, & Canonicatibus, quando isti sunt tenues; & in secunda parte suppressionem nonnullarum Præbendarum applicando harum fructus distributionibus quotidianis; Et utrumque requisivit fieri de consensu Patronorum, si Beneficia, quæ uniuntur, & Canonicatus, qui supprimuntur sint Jurispatronatus; quia nihil fieri debet per Episcopum in præjudicium eorundem Patronorum.
- Quoad hanc Conclusionem sequentes examinantur Casus.

ARGUMENTUM.

Enumerantur requisita necessaria ad validitatem unionis Beneficiorum simplicium Patronalium Præbendis, seu Canonicatibus, nec non horum suppressionis, seu reductionis ad minorem numerum.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopus tam de Jure communi, quam vigore Concilii Tridentini, habet facultatem uniendi Beneficia, suæ Diœcesis, & num. 53.
- 2 Unio Beneficii ineffectuata suffragari non potest Capitulo ad effectum impediendi illius provisionem Apostolicam.
- 3 Provisiones Apostolicæ Beneficii uniti tollere nequeunt efficaciam unionis; Et quare? Vide ibi.
- 4 Deficiente possessione Beneficii, unio dici non potest effectuata.
- 5 Regula 13. Cancellaria revocatoria unionum, quæ non sunt sortitæ effectum, non comprehendit uniones factas ad formam Concilii.
- 6 Unio plurium Beneficiorum, quæ sit unica, si habuit effectum in aliquibus ex illis dicitur in totum effectuata, ad effectum evitandi Regulas revocatorias.
- 7 Unio plurium Beneficiorum, ut dicatur unica, quid requiritur? Vide ibi, & num. 8.
- 9 Beneficia vacatura ad formam Tridentini unita, eis vacantibus, remanent incorporata Beneficiis, quibus fuerunt unita.
- 10 Beneficia unita nunquam propriè vacare dicuntur, & num. 52. & 59.
- 11 Impetratio Beneficii uniti, non facta mentione de unione, non sustinetur.
- 12 Episcopus unire potest Beneficia affecta S. Sedi. Intellige, ut ibi.
- 13 Unio Beneficiorum simplicium facta Mense Capitulari, ob Canonicatum tenuitatem, non sustinetur, & n. 50.
- 14 Enumerantur requisita necessaria ad validitatem unionis Beneficiorum Patronalium Præbendis, seu Canonicatibus, nec non horum suppressionis, & reductionis ad minorem numerum. Et num. 26. 27. 28. 31. 35. 36. 37. 38. 40. & 62.
- 15 Stante tenuitate Præbendarum his uniri possunt non solum Beneficia simplicia, sed etiam bona à Testatore relicta, Cathedrali, aut Collegiata.
- 16 Tenuitas Præbendarum requisita, an, & quando debeat esse adedò præcisa, & quidem, ut ob ejus causam, nullus, vel non nisi rari sint, qui velint Canonicatus acceptare. Vide ibi, & n. 18. & 19. & 20. & 54.
- 21 Necessitas, seu tenuitas Præbendarum, ex quibus dignoscatur adesse? & n. 63.
- 22 Tenuitas Præbendarum, & distributionum quotidianarum quomodo sit probanda, & ex quibus constare debeat, & n. 23. & 61. & 66.
- 23 Quoad tenuitatem præbendarum non statuitur assertioni Episcopi. Limita, ut n. 24.
- 25 Non probata tenuitate Præbendarum, ac distributionum quotidianarum, non est locus unioni, nec suppressioni Canonicatum in Ecclesiis Cathedralibus, vel Collegiatis insignibus, immò, nec in aliis Ecclesiis inferioribus.
- 29 Consensus Capituli non requiritur quod interveniat in ipso actu unionis. Et ex qui-

- quibus praesumatur interuenisse. Vide num. 30.
- 32 Consensus Patroni in unione beneficii Patronalis, aut in suppressione Canonicius de jurepatronatus non praesumitur.
- 33 Patronus in ipsa unione beneficii patronalis facta Canonicius potest sibi reservare juspatronatus ejusdem Canonicius.
- 34 Si Canonicius, cui unitur beneficius, sit patronalis, non requiritur consensus patroni; sed requiritur consensus Domini temporalis loci, ubi situs sit Canonicius.
- 36 Beneficia alterius diocesis uniri non possunt Canonicius, seu praebendis.
- 37 Beneficius simplex patronalis uniri non potest ab Episcopo Cappellaniae existenti in Cathedrali, vel collegiata insigni.
- 38 Beneficia libera uniri nequeunt beneficiis jurispatronatus. Limita ut num. 39.
- 40 Beneficius Curatum uniri non potest Canonicius. Limita ut num. 41.
- 42 Diffensiones & parva intelligentia inter Parochos an possint esse causa sufficiens unionis parochialium. Vide ibi, & num. 43.
- 44 Beneficius Curatum uniri nequit Monasterio, aut Collegio. Limita ut ibi, & num. 45.
- 51 In Beneficiis Germania justificatione valoris non exigitur.
- 55 Tenuitas praebendarum ex quibus excludatur. Et num. 64. & 68.
- 56 Ad effectum unionis non est habenda ratio de accidentalibus diminutione reddituum Canonicius. Et num. 67.
- 57 Impedimentum conferendi non culposum, nec voluntarium impedit devolutionem: secus impedimentum culposum, & voluntarium.
- 58 Ad excusandum collatorem a poena devolutionis, omnis possibilis interpretatio est sumenda.
- 60 In unionibus ab Ordinario perficiendis est adhibenda causa.
- 65 Dos Canonicius reputanda est sufficiens & non praesumitur diminuta. Imò potius ad aucta censeretur.
- 69 Littera Apostolica in omnibus justificata sunt exequenda.

C A S U S I.

NE in propria Ecclesia Cathedrali divinus Cultus minueretur, quidam Episcopus attendente tenuitate non nullarum

Pars V.

praebendarum, ea, qua par est, sollicitudine unica oratione, & structura verborum univit, annexit & incorporavit de consensu patronorum Mensa Capitulari quatuor beneficia simplicia de jurepatronatus Ecclesiastico. Hujusmodi unio respectu primorum duorum beneficiorum, cum ista de eo tempore essent vacantia, statim habuit effectum, apprehensa eorum possessione ab administratore capituli: respectu vero aliorum duorum beneficiorum, cum de eo tempore non vacaverint, statim non fuit effectuada, imò vacatis paulo post istis beneficiis in mense reservato, illa fuerunt impetrata à S. Sede Apostolica; iterum vacatis eisdem beneficiis in mense reservato per obitum provisi Apostolici ultimi possessoris; vigore supradictae unionis fuit capta eorum possessio ab administratore Capituli. E contra quidam Clericus illa impetravit ab eadem S. Sede utpotè vacantia in mense reservato. Hinc orralite inter Capitulum, & provisum Apostolicum. Quæritur, an praefacta unio ditorum beneficiorum sustineatur, ita ut illius vigore Capitulum eorum veram, realem, & legitimam possessionem capere valuerit?

I De validitate hujusmodi unionis hæsitari non posse videtur, cum ipsa habeat pro se assistentiam non solum juris communis, juxta quam Episcopus habet facultatem uniendi beneficia suae Diocesis non exempta, ad Text. in cap. sicut unire de excess. Prælat. ibi: Sicut unire Episcopatus, atque potestati subicere aliena, ad summum Pontificem pertinere dignoscitur, ita ad Episcopum Ecclesiarum suae Diocesis, unio & subjectio earundem. Verum etiam Concilii Tridentini: istud enim Sacrosanctum Concilium in hoc Canone specialem concedit facultatem Episcopis conformes uniones peragendi cum consensu Capituli in Cathedralibus, & Collegiatis insignibus, ubi tenues numerantur praebendae, ut sustinendo decenti Canonorum Gradui pro loci, & personarum qualitate non sufficiant; juxta conclusionem & auctoritates in Commentario relatas.

2 Quin obstet, si dicatur quod dicta duo ultima beneficia semper permanserint in statu collativo, & quod pluries fuerint provisa per Sedem Apostolicam, ac proinde

T indè

indè eorum unio suffragari non possit Capitulo, ad effectum dictam provisionem Apostolicam impediendi, juxta *Rot. in Accerrana beneficii super executione litterarum Apostolicarum 6. junii 1710. §. Eoque magis coram Eminentissimo Priolo.*

- 3 Quoniam hujusmodi collationes & provisiones Apostolicæ turbare non possunt statum unionis eorundem beneficiorum, quia hoc processisse præsumitur vel ex errore, vel ex voluntate, & tolerantia ministratoris Mensæ Capitularis, quod nullatenus præjudicare potest juri quæsito Capitulo ad *Text. in c. damnamus de Sum. Trin. Rot. dec. 106. n. 10. cor. Merl. & in terminis dec. 330. n. 27. p. 9. t. 2. rec. vel ex causa resignationis, aut per obitum in curia adeòque eadem provisiones Apostolicæ tollere nequeunt efficaciam præfata unionis, cum nil magis frequens, & familiare sit quodammodo adagium, quod provisiones Apostolicæ neque firment, neque immutent statum beneficii juxta *Marresc. var. res. l. 1. c. 55. n. 18. C. de Luc. de benef. disc. 27. n. 17. & de jurep. disc. 6. n. 4. & disc. 8. Rot. d. decif. 330. n. 31. p. 9. to. 2. rec. & in Mediolanen. beneficii 1. Aprilis 1707. §. Nil magis coram R. P. D. Ansaldo.**

Neque dici potest unionem hanc esse revocatam per regulam 13. Cancellariæ, quam unusquisque Pontifex post assumptionem ad Pontificatum renovat, eo quia sit inefficua, cum non doceatur Capitulum aliquando apprehenisse possessionem horum duorum beneficiorum, ita ut possessione hac deficiente unio effectuatam dici non possit. *Garz. de benef. p. 12. c. 2. num. 293. Gonzal. ad regul. 8. Gloss. 5. §. 7. num. 43. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 29. num. 27. & alii, quos refert, & sequitur Rot. in d. Accerrana beneficii super executione litterar. Apostolicarum 6. junii 1710. §. Id etenim coram Eminentif. Priolo.*

- 5 Etenim in primis est animadvertendum nos versari in terminis unionis beneficiorum factæ ad formam hujus Canonis Concilii Tridentini, videlicet ex causa necessitatis, & tenuitatis reddituum præbendarum; quo stante cadere non potest sub dicta regula 13. Cancellariæ, ejusque confirmatoriis. Licet enim per hanc regulam, ejusque confirmatorias revocentur omnes uniones, annexiones, suppressiones, extinctiones, applicationes, & dif-

membrationes de quibusvis Ecclesiis, & beneficiis, quæ suum non sicut fortitæ effectum. *Rot. decif. 330. num. 11. & decif. 337. num. 21. & decif. 371. num. 13. p. 9. rec. & decif. 403. ante num. 1. coram Cavaler.* Tamen non revocantur illæ uniones factæ ad formam hujus Canonis etiam si non effectuatæ, & suspensæ, ut expressè docent *Lotter. de re benef. lib. 1. q. 29. n. 15. Card. de Luc. in annot. ad Concil. disc. 8. n. 22. Garz. de benef. par. 12. cap. 2. num. 285. Antonell. de unione cap. 15. num. 24. ibi = Terrio limita in unionibus factis juxta formam Concilii, qua per regulam excipiuntur = Rot. decif. 109. num. 10. p. 6. & decif. 202. num. 6. par. 8. & decif. 91. num. 1. & seq. & decif. 281. num. 16. p. 9. rec. & decif. 449. num. 2. coram Cavaler. & decif. 525. num. 6. coram Dunozett. & in Faventina Beneficii 10. junii 1707. §. Minus coram R. P. D. Aldrovando.*

- 6 Deindè supradicta unio est unica adeòque cum vivente adhuc Summo Pontifice, sub quo fuit facta, suum sortita fuerit effectum respectu dictorum primorum duorum beneficiorum, sequitur quod in totum dicatur effectuatam, etiam quoad hæc alia duo postrema beneficia ad effectum evitandi regulas revocatorias; ea ratione quia Gratia plures res continens dicitur quodammodo universalitatem continere, ita ut effectuatam in una re propter universalitatem causæ, omnes alias comprehendere dicitur juxta *Garz. de benef. par. 12. cap. 2. n. 294. Antonell. de union. d. cap. 15. n. 18. Card. de Luc. de benef. disc. 43. n. 4. Rot. decif. 109. num. 2. p. 6. rec. & decif. 174. p. 7. n. 10. ibi = Nec relevat unionem non fuisse sortitam effectum in specie, quoad beneficium, de quo agitur, nam cum illa fuerit facta de pluribus beneficiis simul junctis, sufficit habuisse effectum in aliquibus, = & decif. 408. num. 6. coram Cavaler. ibi = unde cum appareat effectuatam in una ex Ecclesiis simul unitis, censetur in totum effectuatam ad effectum evitandi regulas revocatorias = Et in Faventina beneficii 10. junii 1707. §. Eadem coram R. P. D. Aldrovando ibi = Eadem quoque regula inefficax redditur, quia cum unio contineret tria beneficia, & excepto hoc uno S. Leonardi, aliorum possessionem, & incorporationem, obtinuerit Capitulum, utique gratia unionis tamquam effectuatam pro majori parte, non potuit*

potuit deinde in alia minori revocari per superuenientes regulas.

- 7 Quod præfata unio dd. quatuor beneficiorum sit unica apertè resultat ex ipsa lectura instrumenti unionis, ubi clarè colligitur unionem fuisse conceptam unica oratione, ac structura verborum pendente ab eodem verbo in instrumento unionis appposito *unimus, annectimus, incorporamus*, adedque eam esse unicam testatur *Antonell. de unione cap. 15. num. 22. Rot. decis. 196. num. 10. p. 7. rec.* Etiam si valor beneficiorum in unicam summam non fuisset coacervatus, quia ad hoc ut unio dicatur unica, non requiritur copulativè quod sit facta sub unica oratione, & structura verborum, ac per coacervationem valoris uniuscujusque beneficii in unicam summam, sed sufficit quod hæc duo concurrant disjunctivè, videlicet quod sit facta vel sub unica oratione, vel per dictam coacervationem, ut expressè docet idem, *Antonell. ubi supra num. 21. & seq.* ubi assignat dictos duos modos ad effectum cognoscendi quando unio dicatur unica. *Corrad. de benef. lib. 2. cap. 15. num. 39. & tradit. Rot. d. decis. 196: num. 9. & 10. par. 7. rec. ibi = Quia ex lectura dictarum litterarum clarè constat unicam tantum unionem, non autem plures contineri, cum appareat dispositionem unicam oratione, ac verborum structura, pendente ab eodem verbo unimus, annectimus, & incorporamus, in fine ipsius orationis appposito factam fuisse =* Aded quod concepta unione sub unica oratione, ac verborum structura, hoc sufficit ad hoc ut ipsa dicatur unica, & licet eadem *Rota d. decis. 196. n. 11.* supponat in illa unione fuisse etiam coacervatus valor beneficiorum in unicam summam, nihilominus ex abundantanti dicit ibi, quod eo magis id probat unicam tantum unionem, non verò inibi *Rota* exposcit copulativè requiri utrumque ex memoratis requisitis, scilicet conceptionem sub unica oratione & coacervationem reddituum beneficiorum in unam summam. Et in hoc sensu intelligenda est etiam altera decisio *S. Rotæ in d. Acerrana beneficii ubi supra. S. Id etenim.*

- 9 Cum igitur unio quoad supradicta beneficia non sit revocata, debet nunc habere suum effectum, & illa duo postrema

Pars V.

beneficia nunc per mortem ultimi beneficiati vacantia incorporari debent Mensæ Capitulari, aded ut hujus administrator validè potuerit capere possessionem eorumdem Beneficiorum, cum Beneficia vacatura ad formam Tridentini unita, eis vacantibus, & cessantibus suspensionibus, remanent incorporata Beneficiis, quibus fuerunt unita. *Antonell. de unione cap. 14. num. 2. Rot. decis. 4. num. 1. & seq. & dec. 6. de reb. Eccles. non alienan. in antiquis;* Non verò impetrari potuerunt per supradictum Clericum à Dataria Apostolica, quia ut potè unita nunquam propriè vacare dicuntur. *Felin. in cap. in nostra n. 23. vers. si post unionem de rescript. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 28. num. 104. Rot. dec. 408. num. 3. coram Cavaler. & decis. 174. num. 4. & dec. 90. num. 1. & 12. par. 4. tom. 2. rec.* Et gratia impetrationis per ipsum obtenta, non facta mentione de hac unione, & cum assertiva quod dicta beneficia erant in statu collativo, sustineri minimè potest per hujusmodi enim subreptionem, & obreptionem Summus Pontifex fuit deceptus, credendo dicta beneficia vacantia, quando per unionem talia non erant, dum beneficium unitum amittit nomen beneficii, & efficitur prædium illius, cui unitur. *Turricell. de unione c. 4. n. 27. usque ad 31. Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. S. 7. Gloss. 5. num. 2. & alii penes Rot. in Monasterien. Vicaria 20. Martii 1713. S. Eoque magis coram R.P.D. Crispo.*

Nec adversatur, quod supradicta beneficia vacaverint in Mense Sedi Apostolicæ reservato, & consequenter videtur quod etiam hodie eorum unio debeat remanere suspensa, & non possit habere suum effectum, sed illa sint conferenda ab eadem S. Sede. Quoniam licet vacaverint in mense reservato, adhuc hodie unio quoad hæc beneficia, debet habere suum effectum, & ea incorporanda sunt Mensæ Capitulari, quia Episcopus unire potest beneficium simplex etiam si sit affectum S. Sedi Apostolicæ, dummodo id fiat ante vacationem, & dummodo affectio non sit continua & invariabilis, quocumque mense vacatio sequatur, sed discontinua, incerta, & eventualis, qualis est illa ratione mensis, vel altera ratione loci, cujus tamen unionis effectus suspenditur, donec provisus à Papa de beneficio

T 2

re-

- reservato cedat, aut decedat. *Garz. de benef. p. 12. cap. 2. n. 102. Gratian. disc. 278. num. 5. cum seqq. ibique Carol. Anton. de Luc. num. 10. Turricell. de unione cap. 6. n. 32. Ventrigl. in prax. p. 2. annot. 8. §. 1. n. 30. Rot. decis. 280. n. 2. coram Bich.*
- 13 His tamen non obstantibus censeo unionem hanc dictorum quatuor beneficiorum factam ab Episcopo Mensæ Capitulari nullatenus sustineri; siquidem ut unio beneficiorum simplicium patronalium, nec non suppressio Canonatuum, seu præbendarum de jure patronatus ad formam hujus Canonis validè fieri possit, plura requiruntur.
- 14 Primum quidem, & principale requisitum est tenuitas præbendarum unà cum tenuitate distributionum quotidianarum; non sufficit enim una sinè alia, sed cum tenuitate præbendarum copulativè tenuitas distributionum quotidianarum est necessaria. *Garz. de benef. par. 12. cap. 2. n. 172. Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 8. §. 1. num. 18. Rot. decis. 169. num. 4. & decis. 200. n. 8. coram Peutinger. seu quod redditus præbendarum, & distributiones quotidianæ sint adedò tenues, ut non sufficiant ad commodam Canoniorum sustentationem. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 28. n. 142. Barbof. de offic. & potest. Episc. par. 3. alleg. 67. num. 5. §. cum seqq. Panimol. decis. 98. ad not. 1. n. 22. Ventrigl. ubi supra Pignatell. consult. 30. n. 7. tom. 8. Turricell. de unione cap. 8. nu. 1. & 16. Rot. d. decis. 169. n. 2. & seqq. coram*
- 15 *Peutinger.* Qua stante tenuitate non solum uniri possunt præbendis, seu Canonatibus beneficia simplicia patronalia, verum etiam bona ab aliquo pio testatore relicta Cathedrali, aut Collegiatæ, ut rescriptis S. Congregatio Concilii in *Sar-nen-jurium parochialium 15. januar. 1718. ad tertium.*
- 16 An autem hujusmodi necessitas, seu tenuitas præbendarum, ac distributionum quotidianarum debeat esse adedò præcisa & evidens, ut ob ejus causam nullus, vel non nisi rari sint, qui velint Canonatus acceptare, in hoc stat difficultas.
- Affirmare videtur novissimè S. Rota in *Leodien. beneficii 20. Januar. 1717. §. Et hæc coram R.P.D. Crispo inferius legen. nu. 54. ibi = Et hæc necessitas, sive utilitas debet esse adedò præcisa, & evidens ut ob cau-*
- sam tenuitatis præbendarum, nullus, vel non nisi rari adfuerint, qui voluerint beneficium acceptare =*
- 17 Sed pro diluenda hac difficultate, animadvertendum est, Concilium in hoc Canone duos assignare modos providendi tenuitati præbendarum, uti superius in *Commentario* prænotavimus, nimirum per viam simplicis unionis simplicium beneficiorum sigillatim faciendæ ipsis præbendis; & per viam suppressionis Canonatuum, seu præbendarum reducendo has ad pauciores numerum, & applicando harum fructus, & proventus quotidianis distributionibus reliquarum præbendarum.
- 18 Ad providendum tenuitati præbendarum hoc secundo modo, per viam suppressionis non nullarum præbendarum, applicando harum fructus distributionibus quotidianis reliquarum requiritur quidem necessitas, seu tenuitas præcisa, superius explicata ad *Text. in cap. exposuisti de præbend. ibique Abb. num. 4. Card. de Luc. de benef. disc. 43. num. 2. Rot. dec. 281. & 337. num. 28. p. 9. rec.*
- 19 At verò ad providendum tenuitati eorundem præbendarum primo modo, videlicet per simplicem unionem beneficiorum simplicium existimo non requiri necessitatem, seu tenuitatem adedò præcisam, sed sufficere quòd tenuitas sit talis, ut sit insufficiens ad congruam Canoniorum sustentationem, attenda qualitate loci, & personarum; ad quod dicendum me movet ipsamet auctoritas Concilii, quod non aliam requirit tenuitatem ad effectum uniendo præbendis beneficia simplicia, nisi illam, quæ *ut sustinendo decenti Canoniorum gradui pro loci, & personarum qualitate non sufficiat*: & tradunt quamplurimi Doctores, qui nullam aliam tenuitatem docent esse necessariam, nisi hanc, quæ est insufficiens ad congruam sustentationem, ita *Barbof. de offic. & potest. Episc. par. 3. alleg. 66. num. 15. ibi = Necessitas est, quando præbenda, cui unio faciendæ est, caret sufficientibus redditibus ad alendum Ministrum = Card. de Luc. in annot. ad Concil. disc. 8. num. 16. ibi = Alterum requisitum consistit in justa causa tenuitatis præbendarum, adedò ut salutem moralem necessitatem servitii, ac decentioris cultus Ecclesie ita exigat = Antonell.*
- de

de unione cap. 15. n. 8. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 29. n. 17. ibi = dicitur autem causa necessaria, &c. Ubi cumque vel nulla est dos, vel ita tenuis ut prorsus insufficientis sit ad sustentationem Ministrorum = Rota dec. 174. n. 7. par. 7. rec. ibi = Tum quia fuit facta per Episcopum in executionem Concilii Tridentini, &c. ob Canonice tenuitatem, & ut decentius Canonici gradum sustinere, & Ecclesia seruitium prestare possint = Et decis. 1078. num. 4. coram Seraph. Alias si ad hunc effectum requiretur dicta necessitas præcisè, non esset dabilis casus uniendi beneficia simplicia præbendis; cum non sit dabilis casus, in quo non reperiatur ullus, qui saltè ambitione ductus, ut dicatur Canonicus in propria patria, non acceptet Canonice quantum unquam vis tenuem.

20 Ratio autem quare in secundo modo providendi tenuitati præbendarum requiratur causa præcisè necessaria, non verò in primo modo, esse potest, quia suppressio tendit ad divini cultus diminutionem, ad quam non tendit simplex unio, ut innuere videtur idem, Barbos. de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 67. sub n. 5. ibi = suppressionem tendere ad divini cultus diminutionem, ideo difficilius permessa, & ideo exigit causam præcisè necessariam, & multa requisita, & raro faciendam, & contra ipsam interpretandum, quia titulus beneficii extinguitur, & amplius de eo non fit mentio = Card. de Luc. de benef. disc. 47. n. 16. ibi = Quia simplex beneficium possidetur tamquam prædium ad solùm redditum, & temporalem commoditatem, unde propterea unio alteri Ecclesie residentiæ, &c. potius utilis ac proficua populis, & cultui videtur, quam præjudicialis =

21 Non obstat decisio S. Rotæ in d. Leodien. beneficii ubi supra, quia in altera decisione hujus confirmatoria 7. Junii 1717. S. Hujusmodique coram eodem R. P. D. Crispo inferius impressa num. 63., se explicat S. Rota asserendo quòd necessitas dignoscitur adesse quando ob fructuum tenuitatem, nullus vel non nisi rari adsint, qui velint beneficium acceptare ibi = Hujusmodique necessitas, sive utilitas, &c. deprehenditur, vel etiam dignosci consuevit, ex eo quod ob fructuum tenuitatem, nullus, vel non nisi rari adsuerint, qui beneficium acceptare voluerint = Non nego, quod

necessitas deprehendatur, & ad esse dignoscatur; quando nullus, vel non nisi rari inveniuntur, qui velint Canonice acceptare, ob ejus tenuitatem: sed dico, quod non deprehendatur præcisè, & taxativè ex hoc solùm, sed quod deprehendatur disjunctivè, ex hoc, & etiam ex eo, quod ob eandem causam tenuitatis possidentes Canonice cogentur Ecclesie cultum, ac seruitium deserere, aliisque exercitiis incumbere ad effectum se congruè sustentandi in grave præjudicium, & dedecus Ecclesie, cum vilis, & abjecta tractatio Canonice, & dignitatum in Ecclesie dedecus, & præjudicium redundet; quos modos deprehendendi talem necessitatem tradit Card. de Luc. de benef. disc. 43. n. 3. ibi = Quod causa debet esse necessaria, ita ut percutiat seruitium, seu necessitatem ipsius Ecclesie, cujus cultus alias desereretur, vel quia non adesset, qui ob reddituum tenuitatem Canonice & beneficia impetrare vellent, vel quia possessores ex eadem causa tenuitatis cogentur Ecclesie cultum ac seruitium deserere, aliisque exercitiis incumbere ad effectum eorum congruè sustentationis. =

22 Hujusmodi verò tenuitas præbendarum, ac distributionum quotidianarum, probanda est in specie, & cum sua causa habito respectu quantitatis assignatæ à principio foundationis: & si deficit causa, testibus cognita, est probanda per decem annos continuos retroacto, computato fertili, cum infertili, & quidem debet probari, quòd sit talis ut Canonicus non possit cum fructibus illis vivere, nec omnia onera supportare. Barbos. de offic. & potest. Episc. par. 3. alleg. 67. num. 5. Lotter. de benef. lib. 1. q. 43. & lib. 3. quæst. 20. Card. de Luc. de præmin. disc. 11. num. 5. Rot. decis. 1993. n. 4. coram Coccin. & dec.

23 169. n. 3. coram Peutingen. Ac de eadem tenuitate constare debet formiter in actis per examen testium, & cum processu servatis servandis desuper habito, & non sufficit assertio Episcopi. Garz. de benef. p. 12. cap. 2. n. 120. Card. de Luc. ad Concil. disc. 8. n. 13. Monacell. formul. legal. 7. tit. 2. num. 1. par. 1. & formul. 9. tit. 16. num. 7. par. 2. Rot. decis. 318. nu. 8. p. 5. & decis. 175. n. 5. coram Celso, & in Constantien. unionis super bono jure 23. Januar.

24 1710. S. Verum coram R. P. D. Crispo. Ni
fi

si agatur de unione antiqua, quo casu standum est assertioni Episcopi, donec contrarium probetur; quod onus probandi contrarium spectat ad eum, qui impugnat unionem ex defectu tenuitatis; juxta *Mohedan. decis. 7. de exception. alias decis. 299. propè finem Garz. de benef. par. 12. cap. 2. n. 121. Rot. decis. 109. nu. 15. p. 6. rec. & decis. 140. nu. 19. coram Bich. & in Monasterien. Vicaria 20. Mart. 1713. S. Assumentes coram R.P.D. Crispo ibi = Absque eo, quod causa in specie relatæ verificatio exigi videatur, cum in hoc (non docto de contrario) ipsius ordinarii assertioni stare oporteat. =*

25 Non probata hac tenuitate præbendarum, & Canonicatum, unà cum tenuitate distributionum, non est locus unioni simplicium beneficiorum patronalium, minusque suppressioni, seu reductioni eorumdem Canonicatum in Cathedralibus, vel Collegiatis insignibus ad minorem numerum; imò neque est locus suppressioni, aut reductioni beneficiorum in aliis Ecclesiis inferioribus, ut declaravit S. Congregatio Concilii in *Vicen. suppressionis, seu reductionis beneficiorum 28. Martii 1711.* ubi existentibus in Parochiali Ecclesia B. Mariæ villæ de Aqualata præter Parochum, ejusque Vicarium, quatuor supra triginta beneficiaris titularibus; plerisque de jure patronatus Laicorum, isti sub narrativa, quod annui redditus beneficiorum essent adedò tenues, ut impares dignoscebantur honestæ cujuslibet eorum sustentationi, exorarunt pro suppressione, seu reductione non nullorum ex dictis beneficiis ad minorem numerum, donec redditus auferentur arbitrio ordinarii; sed quia beneficiati deficiebant in probatione tenuitatis eorumdem reddituum, imò è contra patroni demonstrabant eos esse sufficientes congruæ sustentationi, fuit denegata hujusmodi suppressio, & reductio beneficiorum.

26 Secundo ad validitatem unionis beneficiorum simplicium patronalium, aut suppressionis Canonicatum, sive præbendarum de jure patronatus requiritur qualitas Ecclesiæ, seu quod Ecclesia, ubi faciendâ est unio præbendis, vel harum suppressio, sit Cathedralis, vel Collegiata insignis; si enim sit inferior, non potest ab

Episcopo in ea validè fieri unio illius præbendis aut harum suppressio, dum Concilium in hoc *Canone* loquitur solum de præbendis existentibus in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata insigni. *Barbos. de offic. & potest. Episcopi p. 3. alleg. 67. n. 2. Panimoll. decis. 98. ad not. 1. nu. 23. Ventrigl. in prax. p. 2. annot. 8. S. 1. nu. 17. Turricell. de union. cap. 5. n. 27. Rot. decis. 260. n. 3. coram Celso.*

27 Tertio requiritur quod uniens beneficia, aut suppressions Canonicatus sit Episcopus, nam Prælatus inferior, qui habeat etiam jurisdictionem quasi Episcopalem, aut Vicarius Episcopi, aut Capitulum sede vacante, aut hujus Vicarius, non possunt validè unire beneficia præbendis, & Canonicatibus, neque hos suppressione. *Panimoll. d. decis. 98. ad not. 1. n. 30. Barbos. de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 67. n. 3. & 11. cum seqq.*

28 Quarto requiritur consensus Capituli Cathedralis, sive unio, aut suppressio fiat in Cathedrali, sive in Collegiata. *Garz. de benef. p. 12. cap. 2. n. 145. & 158. cum seq. Barbos. ubi supra n. 9. & 14. Pignatell. Consult. 30. n. 6. tom. 8. Monacell. formul.*

29 *legal. 7. tit. 2. n. 2. p. 1.* Qui consensus non requiritur quod interveniat in ipso actu unionis, sufficit quod accedat post actum jam perfectum, ad differentiam Concilii deputatorum requisiti in unione beneficium faciendâ Seminario, quod requiritur in ipso actu unionis, ut dixi superius *Can. VI. Cas. II. & tradunt Garz. de benef. p. 12. cap. 2. nu. 147. Gratian. disc. 278. n. 32. Lambert. de jurepat. p. 1. lib. 1. q. 2. art. 12. & alii in Monasterien. Vicaria 20. Martii 1713. S. Quin hujusmodi*

30 *coram R.P.D. Crispo.* Et præsumitur intervenisse ex diuturnitate temporis, nimirum si lapsum sit tempus 30. annorum cum possessione, & observantia unionis. *Garz. ubi supra n. 170. & 188. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 28. n. 158. in fin. Turricell. de union. cap. 9. n. 17. & seq. Antonell. de tempor. legal. lib. 2. cap. 106. nu. 11. Rot. in dicta Monasterien. Vicaria ubi supra, S. eodem.*

31 Quinto requiritur consensus patroni sive Laici, sive Ecclesiastici, imò si plures sint patroni, non sufficit major pars, sed omnes debent consentire, aliàs unio est nulla *Garz. de benef. par. 12. dicto cap. 2.*

- n. 262. cum seqq. *Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 8. §. 1. num. 22. Barbof. de offic. & potest. Episcopi p. 3. alleg. 67. n. 14. & ad Concil. cap. 6. sess. 7. de reform. num. 19. & seq. Capon. discept. 150. n. 9. tom. 3. Oliva de foro Eccles. p. 2. q. 43. nu. 70. & notavi superius Par. I. Can. VI. Caf. V. numer. 9.*
- 32 Qui consensus patroni non præsumitur, etiam si in unione beneficiorum patronalium, aut in suppressione Canonicius de jurepatronatus enunciatur ab Episcopo, cujus assertioni non statuitur, aliàs esset in ejus facultate præjudicare patronis. *Garz. ubi supra n. 213. patronus autem in ipsa unione beneficii patronalis facta Canonicius potest sibi reservare jus patronatus ejusdem Canonicius. Rot. decis. 91. §. 1. p. 9. rec. & decis. 1444. n. 11. cor. Seraph. & decis. 172. nu. 30. coram Buratt. & fuit resolutum ad S. Congregationem Concilii in Lucana unionis 14. Januar. 1679. Si verò etiam Canonicius, cui unitur beneficium, sit patronalis, non requiritur consensus patroni ejusdem Canonicius, qui non potest suo consensu unionem auctorizare, requiritur tamen consensus Domini temporalis loci ubi situs sit dictus Canonicius, cui unitur beneficium, qui habeat jus defendendi, & protegendi Ecclesias & beneficia in suo Dominio existentia. *Rot. in Constantien. unionis super bono jure 23. Junii 1710. §. final. coram R. P. D. Crispo ibi = Indè in locum patroni, qui non poterat suo consensu unionem auctorizare, erat vocandus Dominus temporalis Ecclesiarum defensor, & protector.**
- 35 Sexto requiritur, quod unio beneficiorum simplicium fiat singulis præbendis in individuo, & discretivè, & non Mensæ Capitulari in genere, seu collectivè. *Garz. de benef. p. 12. cap. 2. n. 172. Barb. de offic. & potest. Episcopi p. 3. alleg. 67. n. 9. & seq. Card. de Luc. de benef. disc. 44. num. 2. Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. discept. 278. n. 13. Ventrigl. in prax. p. 2. annot. 8. §. 1. n. 26. Turricell. de unione cap. 5. n. 29. Rot. decis. 124. n. 5. & decis. 169. n. 11. coram Peutingen.*
- 36 Septimo requiritur, quod beneficia sint ejusdem Diocesis, nam si sint alterius Diocesis, non possunt uniri Canoniciis, seu præbendis; nisi illæ Dioceses sint inter se unitæ, & quoad Episcopum habeantur pro una Diocesi juxta Tridentinum cap. 9. sess. 14. de reform. ibi = *Beneficia unius Diocesis, &c. Alterius Diocesis beneficio, aut Monasterio, seu Collegio, vel loco etiam pio, perpetuo non uniantur = Ventrigl. ubi supra n. 25. Turricell. ubi supra n. 24. Rot. decis. 280. num. 11. coram Bich.*
- 37 Octavo requiritur quod id, cui unitur beneficium simplex patronale, sit Canonicius, sive præbenda, nam si sit aliqua Cappellania existens in Cathedrali, vel in Collegiata insigni, huic ob ejus tenuitatem validè uniri non potest beneficium. *Ventrigl. in prax. par. 2. d. annot. 8. §. 1. n. 33. & seq. Barbof. hic n. 13.*
- 38 Nono requiritur quod Canonicius, cui unitur beneficium simplex liberæ collationis, non sit jurispatronatus, quia si sit jurispatronatus, non potest ipsi validè uniri beneficium liberæ collationis, dum beneficia liberæ collationis uniri nequeunt beneficiis jurispatronatus juxta expressam dispositionem S. Concilii cap. 9. sess. 25. de reform. de qua infra Canone XII. *Garz. de benef. p. 12. cap. 2. num. 91. Turricell. de unione cap. 5. num. 19.* Nisi patroni renuntient jurispatronatus, vel concordent ut Canonicius jurispatronatus alternativè conferatur, una vice ad patronorum præsentationem, & altera ad liberam collationem; vel nisi beneficium, seu Ecclesia libera minetur ruinam, & sit pauper, tunc enim uniri potest patronatæ cum reservatione jurispatronatus, & onere imposto patrono illam reparandi. *Ventrigl. in prax. p. 2. d. annot. 8. §. 1. nu. 28. & seq.* Et sic conciliatur sententia *Garzia p. 12. cap. 2. n. 91.* sentientis; beneficium simplex uniri non posse patronali cum sententia *Lotterii de re benef. lib. 1. q. 28. num. 165.* contrarium tuentis; nimirum ut illa procedat, quando patronus non renunciat jurispatronatus, nec faciat dictam concordiam, neque Ecclesia libera minetur ruinam; hæc verò quando patronus renunciat jurispatronatus, vel faciat dictam concordiam, vel Ecclesia libera minetur ruinam, & sit pauper.
- 40 Decimo requiritur, quod beneficium, quod unitur sit simplex, si enim sit Curatum, non potest uniri Canonicius ob hujus tenuitatem, ea ratione, quia expedit Ecclesias Parochiales intactas, & integras abique

- absque ulla fructuum diminutione conservari, ut disponitur à S. Concilio, *cap. 3. sess. 24. de reform.* ibi = *Ecclesia Parochiales Monasteriis quibuscumque, aut Abbatibus, seu dignitatibus, sive præbendis, Ecclesia Cathedralis, vel Collegiata, sive aliis beneficiis simplicibus non uniantur, = & docent Fagnan. in cap. Exposuisti n. 11. & in cap. extirpanda §. qui verò nu. 55. de præben. Vivian. de jurepat. lib. 14. cap. 5. n. 38. Garz. de benef. p. 12. cap. 2. nu. 87. Turricell. de unione cap. 5. nu. 18. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. Gloss. 5. §. 7. nu. 63. Rot. in Constantien. unionis super bono jure 23. Junii 1710. §. nulla, & §. nec non coram R.P.D. Crispo, & fuit resolutum à S. Congregatione Concilii in Cracovien. unionis 13. Novem. 1677. & in Leirien. unionis 15. Maji 2682.*
- 41 Nisi Canonicatus habeat annexam curam animarum, quia si talem curam annexam habeat, potest urgente necessitate ei uniri beneficium Curatum, juxta Tridentinum *cap. 5. sess. 21. de reform.* ibi = *Possint Episcopi, &c. facere uniones perpetuas, quarumcumque Ecclesiarum Parochialium, & aliorum beneficiorum Curatorum, vel non curatorum cum curatis = Ventrigl. in prax. p. 2. annot. 8 §. 1. num. 12. Garz. de benef. p. 12. cap. 2. n. 101. & rescriptum fuit à S. Congregatione Concilii in Aquilana unionis Parochialium 14. Martii 1711. & in altera Aquilana unionis, seu translationis parochialium 9. Aprilis, 1712.*
- 42 An autem pro necessitate, aut utilitate evidenti unionis Ecclesiarum Parochialium, seu uniendo beneficium Curatum, cum altero beneficio curato, allegari possint dissentiones, & parva intelligentia inter Parochos, ratione quarum multa sequantur inconvenientia e. g. quod populus nec explicatione Evangelii, nec rudimentis doctrinæ Christianæ instruat, ac etiam administratione Sacramentorum, & celebratione Missæ diebus festivis, etiam solemnibus fraudetur?
- 43 Respondeo negativè, tum quia si ob has privatas passiones Parochorum deveniendum esset, ad unionem parochialium, ex horum culpa præjudicaretur Ecclesiæ, cujus interest habere suum proprium rectorem. *Fagnan. in cap. exposuisti de præben. n. 14.* Et unus ex eis commodum, & lucrum unionis reportaret ex propria culpa, contra omnem æquitatem, juxta quam nemo ex propria culpa commodum loco pœnæ reportare debet. *Rot. decis. 435. n. 19. p. 18. rec. & decis. 83. nu. 16. coram Ansaldo.* Tum quia præfatis inconvenientiis occurrendum est aliis remediis, quàm unione, coercendo nimirum Parochos per censuras ad satisfaciendum proprio muneri, juxta dispositionem Concilii Tridentini *cap. 2. sess. 5. & cap. 13. sess. 24. de reform.* Unde hujusmodi inconvenientia esse non possunt sufficiens causa unionis, dum hæc debet esse talis, cui alio remedio consuli nequeat. *Card. de Luc de Paroch. disc. 42. n. 5.*
- 44 Non solum beneficium curatum uniri nequit Canonicatus non curato, sed neque Monasterio, aut Collegio, ut patet ex verbis Concilii *cap. 13. sess. 24.* ubi supra relatis; Nisi Monasterium, aut Collegium fuerit fundatum ad finem propagandæ, ac tuendæ Catholicæ Fidei divini Cultus promovendi, & bonarum artium progressus augendi, tunc enim posset Monasterio, seu Collegio uniri beneficium curatum, nec hujus unio adeò notabiliter tendens ad divini Cultus incrementum comprehenderetur sub dicta prohibitione Concilii, *Gonzal. ad regul. 8. Gloss. 5. §. 7. sub n. 46. vers. item salvantur Turricell. de union. c. 15. n. 55. Tondut. qu. benef. cap. 151. n. 5. Ventrigl. in prax. p. 2. annot. 8. §. 1. n. 14. Rot. decis. 817. nu. 12. p. 18. rec. & in Cracovien. seu Sandomirien. jurispatronatus 15. Januar. 1714. §. ad huc coram R.P.D. Lancetta; & fuit resolutum à S. Congregatione Concilii in Mediolanen. unionis 21. Augusti 1717.*
- 45 Et nisi Ecclesia Parochialis esset de jurispatronatus Monasterii, Collegii, tunc enim stante hujus Monasterii inopia, & paupertate potest ipsi uniri eadem Ecclesia Parochialis, ut rescriptum fuit à S. Congregatione Concilii in Compostellana unionis 20. Septembris 1692. ubi exposito, quod Conventus PP. S. Dominici ex hæreditate uni ex suis professis legitimè obventa possideret jurispatronatus Ecclesiæ Parochialis de Foxa, cujus annui redditus ascenderent ad scuta 20., urgente inopia prædicti Conventus, Patres præfati supplicarunt, ut eidem subveniri possit unione dictæ Parochialis cum obligatione ad-
- im-

implendi onera annexa, nec non administrandi curam mediante Vicario amovibili; unde proposito dubio = *An, & quomodo oratoris precibus sit annuendum* = S. Congregatio respondit = *Affirmative dummodo provideatur de Vicario perpetuo* = Secus si non constaret de paupertate, & inopia Monasterii; tunc enim si huic uniretur Ecclesia Parochialis de jurepatronatus Abbatis, talis unio non subsisteret, uti nullam declaravit eadem S. Congregatio Concilii unionem cujusdam parochialis de jurepatronatus Abbatis factam cuidam Prioratui Regulari ex defectu hujus paupertatis, & inopiæ in *Leodien. unionis* 27. Septembris 1700.

46 Undecimo requiritur, quod unio fiat perpetuò, & non ad vitam Canonici. *Garz. de benef. p. 12. cap. 2. n. 84. & seq. Turricell. de unione cap. 6. nu. 35.* Potest tamen unio beneficii patronalis fieri Canonicatui ob hujus tenuitatem non perpetuò duratura, sed temporaliter donec canonicatus in suis proventibus, & emolumentis augeatur; quo casu si redditus canonicatus augeatur, unio cessare debet, & Episcopus instante patrono, unionem dissolvere potest. *Rot. in Cracovien. parochialis* 18. Junii 1703. S. *Veritas coram R.P.D. bo. me. Caffarello.*

47 Duodecimo ad hoc ut suppressio canonicatus valeat, debet fieri in subsidium, nimirum quando tenuitati canonicatum provideri non possit per unionem beneficiorum simplicium, nam si beneficia simplicia præbendis uniri possint, canonicatus validè suppressi nequit. *Ventrigl. in prax. p. 2. annot. 8. §. 1. n. 20. & dixi superius Par. I. Can. VI. Caf. V. n. 9.*

48 Decimotertio requiritur, quod Canonicatus, seu præbendæ non sint confirmatæ, & erectæ auctoritate Apostolica cum præfixione numeri, & decreto irritanti, etenim si sint ita confirmatæ, non habet Episcopus facultatem illas supprimendi. *Panimol. decis. 98. adnot. 1. num. 26.*

49 Decimoquarto, denique ad hoc ut eadem suppressio sustineatur, requiritur quod remaneant tot Canonicatus, quibus Ecclesiæ servitium non defraudetur juxta expressam dispositionem hujus Canonis.

50 Ex quibus omnibus jam clarè refuleat, quod præsens unio dictorum quatuor be-

neficiorum patronalium minimè sustineatur ut potè destituta sexto requisito superius enumerato; cum appareat ipsam fuisse factam Mensæ Capitulari in genere, non verò singulis præbendis in individuo contra formam ab hoc Canone præscriptam, & consequenter omnino nullam venit dijudicanda. *Felin. in cap. ad aures de rescript. nu. 9. vers. & pulchre, & in cap. postulasti n. 3. eod. tit. Fagnan. in cap. exposuisti de præben. n. 15. Murg. de benef. q. 4. n. 123. Garz. de benef. p. 12. cap. 2. n. 113. & seqq. Rot. in Constantien. unionis super bono jure* 23. Junii, 1710. S. *cum itaque coram R.P.D. Crispo.*

Nullatenus adversantibus eis, quæ superius in contrarium afferebantur; procedunt namque illa in unione beneficiorum simplicium facta Canonicatibus, seu præbendis, cum omnibus debitis requisitis supra transcriptis.

R. P. D. C R I S P O

Leodien. Beneficii.

Mercurii 20. Januarii 1717.

Beneficium sub invocatione Sanctissimæ Trinitatis, S. Michaelis, & totius Cœtus Angelorum in Cathedrali Leodiensi tunc vacans per obitum Petri Bourdon ultimi possessoris securum mense Octobris 1713. ad ejusdem Ecclesiæ Decani collationem pertinens, annuendo ipsius Decani, & Capituli petitioni Ordinarius Decanatus univit. Ast Matthias Labeije sub narrativa, quod Decanus illud in vim unionis detinebat, de eo tanquam devoluto, sibi à Sanctissimo provideri obtinuit. Literisque Apostolicis proinde expeditis, illisque mihi directis consului Dominos = *An Literæ Apostolicæ essent exequendæ, seu potius unio sustineatur* = Die autem 13. Martii superioris anni resolutione non capta, inunctum fuit, ut coadjuvarentur probationes, ex parte Decani, & scriberetur strictè super devolutione: causa verò sub die 13. Junii ejusdem anni repropoſita, & pariter ob suffragiorum discrepantiam non resoluta, tandem cum suffragio quinti, & sexti responsum emanavit = *Literas Apostolicas esse exequendas, & unionem non sustineri.*

V

51 Justi-

- 51 Justificata siquidem dignoscuntur litera dum vacatio per obitum Petri, & Clericatus Matthiæ, ac de ejus idoneitate dubium non exitit, valor per excessum in Ducatis 24. narratus verificatione non indignuit, cum ageretur de beneficiis Germaniæ, in quibus justificatio non exigitur ex notissimis concordatis Germaniæ, ut habetur in *Monasterien. Decanatus 22. Januarii 1716. S. Quantum coram R.P.D. meo Lancetta, & in altera Monasterien. Decanatus 28. Junii 1709. S. Litera coram me*: Lapsus verò semestris à Concilio Lateranensi inferioribus Collatoribus præfixi ad inducendam devolutionem requisitus *ex cap. 2. de concessione præbendæ* satis liquet ex temporum combinatione vacationis scilicet secutæ die 10. Octobris 1713. & provisionis Apostolicæ emanatæ die 14. Maji 1714.
- 52 Pro impedienda provisione Apostolica vigore devolutionis attendi quidquam non debet, quod beneficium sub lite cadens Decanatu unitum reperiatur, ex qua unione impedita esse possit illius devolutio ad Papam, cum beneficia unita vacare non dicantur: quoniam unio prædicta obstaculum præberet si valida existeret, secus autem, ubi nulla dignoscatur, cum isto casu vacatio dici non possit consumpta, & beneficium vacat, ut prius, si numquam fuisset unitum *Rot. coram Seraph. decis. 1309. n. 2. & coram Cels. decis. 260. num. 16. & decis. 282. n. 6. & in rec. par. 13. dec. 307. n. 22.*
- 53 Nullitas autem dictæ unionis satis clara visa fuit, quia licet ordinario tributa reperiatur facultas uniendo beneficia ex Capitulo *sicut unire de excessibus Prælatorum. Caval. decis. 599. n. 2. & dec. 133. nu. 5. par. 2. divers.* tamen non absolutè, & liberè id facere permissum videtur, sed dumtaxat quando necessitas, vel utilitas Ecclesiæ id exigat, ut in Capitulo *exposuisti de præbendis, Barbos. de jur. Ecclesiastico lib. 3. cap. 16. n. 37. Oldrad. conf. 261. nu. 1. Rot. decis. 294. num. 2. & dec. 318. n. 1. par. 5. rec.* & habetur etiam ex dispositione *Sacr. Concilii. Trid. sect. 24. cap. 15. de reform.* unionem admittentis, ubi præbendæ sunt adedò tenues, ut pro sustinendo decenti Canonicorum gradu pro loci, & personarum qualitate non sufficiant, ut observat *Barbos. ad Collect.*
- ad dict. Concilium eodem cap. 15. n. 4. Rot. dec. 331. n. 5. p. 11. rec.*
- 54 Et hæc necessitas, siue utilitas debet esse adedò præcisa; & evidens, ut ob causam tenuitatis præbendarum nullus, vel non nisi rari adfuerint, qui voluerint beneficium acceptare per *Rotam coram Peutingerio dec. 169. num. 3. & dec. 200. n. 1. & in rec. decis. 110. n. 9. par. 15.* & si qui reperiuntur, non sint idonei *dec. 406. n. 8. & 9. par. 16. rec.* ita ut absque unionis Ecclesiæ servitium haberi non possit, & ipsa necessitas, siue Physica, siue **Moralis** ipsam Ecclesiam, non autem personarum decorem, seu augmentum, & commodiorem sustentationem respiciat, ita benè firmavit *Rot. coram Bich. dec. 275. n. 20. & coram Peutingerio dict. dec. 200. num. 7.*
- 55 De hujusmodi autem necessitate, vel utilitate Ecclesiæ in præsentem non habetur concludens probatio, imò quod Canonici gaudentes præbendis sufficienter dotatis, & in Decanum electi assequuntur, cum retentione primæ, etiam proventus Decanales, & ita Decanatum acceptarunt ultra sæculum Viri Doctrina Insignes, & Nobilitate conspicui, nec ob assertam dotis somniam tenuitatem Ecclesiæ servitium derelictum, nec umquam interruptum remansit *Adden. ad Gregor. dec. 419. num. 6. Rot. dec. 757. nu. 4. par. 3. & dict. dec. 110. nu. 10. par. 15. & dec. 407. num. 11. par. 16. rec.* quod satis esse ad tollendam unionis necessitatem, admonet etiam *Lotter. de re benef. lib. 1. quest. 24. num. 143.*
- 56 Neutiquam refragante responsione, quod annis mox elapsis ob nimias populi afflictiones ex causa Belli exortas non potuerint annui redditus integraliter exigi, quia de hac accidentali diminutione non est habenda ratio, ut benè firmat *Card. de Luc. de benef. discurs. 44. num. 8. & dixit Rot. coram Bich. decis. 152. num. 21.*
- Irrelevans pariter Dominis visum fuit, quod anno 1606. Canonici asserentes exiguitatem fructuum Decanatus capitulariter ordinaverint, ut duo beneficia immediatè ad collationem Decani vacatura habentia redditus ad minus triginta modiolorum speltæ pro quolibet Decanus eligendus nemini conferret,

ferret, sed procuraret illa Decanatu in augmentum fructuum etiam propriis expensis auctoritate Ordinaria uniri, ac Apostolica confirmari, & ita ipse Decanus jurare deberet, prout Decanus tunc electus, & deinde Successores, & etiam Modernus jurarunt.

Etenim hæc sola Capitularium assertio ad deducendam fructuum exiguitatem deservire non valet, quoties ipsimet Capitulares optimè informati agnoverunt unionem ab eis exoptatam, uti non respicientem præcisam Ecclesiæ necessitatem non posse mera ordinarii facultate sustineri, sed tamquam tendentem ad commodiorem personæ sustentationem, & decorem indigere confirmatione Apostolica, quæ difficilimè impetratur, sicut alter ex Decanis antecessoribus, qui enixis, & reiteratis precibus super unione alterius beneficii tunc vacantis petitam facultatem minimè consequi potuit propter consuetudinem in illis Regionibus existentem super retentione plurium beneficiorum etiam de sui natura incompatibilium, cum ex illorum redditibus beneficiati abundantius habeant, & præcipuè Canonici Leodienfes, quibus ex peculiari Indulto conferuntur Dignitates Collegiatae totius Civitatis, & Diocesis, prout moderno Decano collata fuit præpositura Maseykenfis annui redditus scilicet 1500. *Fagn. in cap. exposuisti de praben. sub num. 6.*

Nullatenus adversante ad retardandam executionem Literarum Apostolicarum ex facti animadversione, quod Decanus dicta unione fructus opiaandi illius validitatem, antequam nullitas declararetur, potuerit ritè, & rectè excusari à negligentia conferendi infra legitima tempora, & proindè optimè valuerit post declaratam nullitatem præfatae unionis ad liberam collationem devenire.

Quando quidem omisso examine, & discussione articuli, an collator possit in similibus casibus à negligentia excusari, dum solus lapsus temporis aperit viam Summo Pontifici liberè procedendi, licet id aliis Superioribus intermediis permissum non foret, *Fagnan. in cap. diversitatem num. 14. de concessione praben.* Objectum totaliter removetur

ex eo, quia ex præmissis cum appareat nullitatem unionis indubiam esse, nec contrariam credulitatem posse suffragari, eoque minus ipsimet Decano, qui medio juramento inhærendo Capitulari decreto anni 1606. spondit Confirmationem Apostolicam reportare pro validanda exoptata unione; quocirca cum factum proprium non adimpleverit, nullam excusationis causam prætexere valet per *Glossam in cap. imputari de Regulis juris in 6. Surdus dec. 262. nu. 16. & sequentibus.*

Multoque magis, quia in hypothesei versamur circa gratiam de Devoluto impetrata, non quidem sub sola expressione devolutionis ob negligentiam, sed etiam sub explicita narrativa assertæ unionis per verba clara, & manifesta, in quibus terminis collatio Apostolica semper sustinetur, nec inferiori licet ultra conferre, ut optimè firmat *Rot. in Osnaburgen. canonicatus 10. Decembris 1714. S. Idem, & 14. Junii 1715. S. Prima siquidem coram me.*

57 Ea recepta à jure nostro distinctione, quod aut agitur de impedimento non culposo, nec voluntario, & tunc bene impedit devolutionem, aut verò accessit impedimentum voluntarium, & inexcusabile à culpa, & tunc admittitur, nec potest impediri devolutio ad Papam per *Text. in dicto cap. Quia diversitatem de concessione præbende, & observant ad dict. Text. Innocentius sub num. 4. Hostien. num. 8. Abbas num. 4. & 5. sub num. 14.*

Cumque Decanus voluntariè, & culposè, utpotè quia unionem exoptabat adhærivè anteaactæ resolutioni Capitulari anni 1606. ubi specificè cautum fuerat super beneplacito Apostolico obtinendo, eandemque unionem expleverat facultate Ordinaria, sanè ullo sub prætextu actus hujusmodi potest sustinere, neque ullo sub colore illius nullitas excusari ex cumulatis per *Rot. in Asten. Prioratus super pertinentia 7. Decembris 1708. S. fin. coram Reverend. D. Aldrovando.*

58 Neque attenditur reflexio, quod nimirum devolutio sit poena in odium negligentis, ad quem excusandam omnis possibilis interpretatio sumenda veniat,

& quælibet probabilis dubitatio recipi debeat ad tradita per *Lambert. de jurepat. lib. 2. par. 2. quæst. 1. art. 24. in fine Pignatell. consult. 24. num. 13. & seq. tom. 8. & dixit Rot. in Romana Cappellania 25. Novembris 1707. §. Prædictis coram Eminentiss. Scotto*: nam ubi Papa manus apposuit cum ampla narrativa nullitatis præcitatæ unionis, de hoc præciso capite benè fieri debuit devolutio, & in illius sequelam liberè deveniri potuit ad illius collationem optimè firmavit *Rota in Monasterien. Decanatus 22. januar. 1712. §. Subsistere coram me.*

R. P. D. C R I S P O

Leodien. Beneficii.

Lune 7. Junii 1717.

R Evocatis ad trutinam fundamentis decisionis coram me editæ sub die 20. Januarii proximè elapsi, illisque uti par erat per Dominos in hodierna Audientia iteratò discussis tam super executione Literarum Apostolicarum per Matthiam Labeye obtentarum ex causa devolutionis ob non secutam collationem infra legitima tempora à Concilio Lateranense statuta, quam etiam super unione ab ipso Magno Decano Ecclesiæ Cathedralis Leodien. extorta, & restitutione in integrum per eundem Decanum ulterius expostulata, in casu quo actus præcitatæ unionis à nullitatis labe salvari non posset, adedò solida, & juri consona rationum momenta, in præterita resolutione hujus causæ constabilita, visa sunt, ut ab illis recedere non valuerint, adedò ut proposito per me hodie consueto dubio \equiv *An sit standum, vel recedendum à decis* \equiv Licèt Defensores Magni Decani etiam in præsentis disputatione, jura sua magis strenuè promoverint pro persistentia tamen in decisivis unanimis Domini respondere non trepidarunt.

Etenim pro eo, quod attinet executionem Literarum Apostolicarum, de Clericatu Matthiæ, ejusque idoneitate, & expressione veri valoris, & lapsus semestris ab eodem Lateranensi Concilio præfixi Inferioribus collatoribus in Cap.

2. *de concessione Præben.* nulla, neque imaginaria insurgere valuit difficultas, quinimò Patres ultrò admittebant concursum omnium requisitorum in Matthia Labeye proviso Apostolico, solummodò insistebant Defensores Decani super devolutione, eandem evitare fatigentes ex causa factæ interim ab Ordinario controversi beneficii unionis eidem Decanatu, ita, & taliter, quòd tota controversia versaretur in recognoscendo, an reverà præcitata unio validè fuisset secuta: quemadmodum enim confitò de illius validitate procul dubio consumpta remanet beneficii vacatio, & impeditur devolutio ex Capitulo, cum accessissent de constitutionibus, ita etiam inficiari non valet unionem nullam, & irritam, nullum quoque producere posse juris effectum, nec vacatio eo casu dici meretur consumpta, sed beneficium, ut priùs dicitur vacare *Gonzal. ad regul. 8. Cancellaria Gloss. 15. §. 2. num. 79. Paris. de resignatione beneficii lib. 12. quæst. 3. nu. 35. Rot. coram Cels. dec. 260. num. 16. & dec. 28. num. 6.*

60 Ponderato igitur, seduloque perpenso ejusdem unionis tenore, ac librata causa in unionibus ab Ordinario perficiendis omninò adhibenda per *Rebus. de unione num. 43. Cald. consil. 4. de rebus Ecclesiæ non alienandis Rota decis. 222. num. 13. par. 9. tom. 1. recent. & aliunde quam ex unionem petentis assertione justificanda*
61 quando ipsa unio non reperitur confirmatione Apostolica munita, quidquid esset post interventum Sanctæ Sedis Beneplacitum causæ cognitionem excludens, ut notat, *Rot. decis. 817. num. 13. par. 18. tom. 2. recentior. & coram Coccin. decis. 721. num. 7.* iterum Dominis visum fuit, reputari non posse sufficienter probatam legitimam causam pro sustinenda controversa unione inspecta tam generali juris dispositione in Capitulo *exposuisti de præben.* & ibi Doctores, Capitulo *Pastoralis de donationibus*, Clementina *si unà de rebus Ecclesiæ* tradunt, *Oldrad. consil. 261. Rebus. in tractatu de union. num. 38.* quàm etiam etiam speciali facultate concessa à *Sacr. Concil. Trident. sess. 24. cap. 15. de reform.* confirmiles uniones peragendi in Cathedralibus, & Collegiatis insignibus ubi frequentes, adedòque tenues

nues numerantur Præbendæ, ut sustinendo decenti Canonorum gradui pro loci, & personarum qualitate non sufficiant, ita ut ad tramites tam juris Canonici, quam Conciliaris Sanctionis semper præcedere indispensabiliter debeat necessitas, vel utilitas unionis, *Garz. de benef. par. 12. cap. 2. num. 113. Vivian. de jurepat. lib. 14. cap. 5. num. 44. Rota. decis. 294. num. 2. & decis. 218. num. 1. part. 5. recentior.* prædictaque utilitas tangat Ecclesiam, ejusque servitium, non autem personas, eorumque commodiorem sustentationem, ut plenè animadvertit, *Rot. coram Peutingerio dec. 200. numer. 7.*

63 Hujusmodique necessitas, sive utilitas, vel ipsius Ecclesiæ reparatione, & decenti sustentatione, & servitio deprehenditur, vel etiam dignosci consuevit, ex eo quod ob fructuum tenuitatem, nullus, vel nonnisi rari adfuerint, qui beneficium acceptare voluerint, vel hi qui reperiantur idonei verè non existant, ut præter allegatos in decisione præcedenti hujus causæ sub §. *Et hæc necessitas*, tradunt *Abbas in dicto Cap. exposuisti num. 4. Menoch. consil. 402. nu. 87. & 88. plenè, Rot. decis. 53. num. 1. & 4. part. 11. recentior.* Vix enim suaderi poterit non esse solvendo eam hæreditatem, quæ benevolam receptorem adinvenerit, ut ait, *Text. in Leg. 3. ff. ad Leg. falcid. quem ad propositum nostrum bene expendit Rota dec. 406. num. 10. part. 16. rec.*

64 Cumque propterea Decanatus à sæculo & ultra acceptatus reperitur, & quidem à Viris plusquam idoneis, Doctrina, cæterisque insignibus qualitatibus pollentibus, ipsique debitum Ecclesiæ servitium ab Ævo præstiterint, nec interruptum remanserit, utique Ecclesiæ necessitatem, vel utilitatem deficere censendum venit, ut probat, *Text. in dicto Cap. exposuisti de præben. & in Clementina prima §. Ad hæc de statu Monach. Rebus. in prax. tit. de unione num. 39. Rot. decis. 133. num. 2. & 3. part. 2. divers. & decis. 53. num. 4. par. 11. recent.*

65 Ponderato præsertim, quod primævos Decanatus ab erectionis initio congrua, & pro supportandis omnibus oneribus sufficiens reputanda per *Rot. coram*

Gregorio decis. 483. num. 5. nunquam diminuta apparet, neque de jure præsumitur; imò potius adaucta censi debet, *Barbos. de offic. & potest. Episcopi part. 3. alleg. 67. num. 6. & 7. & in Collectan. ad Concil. Tridenti. sess. 24. cap. 15. numer. 4. Rot. coram Seraphin. decis. 1385. num. 1. & 2.* Quinimò ad effectum unionem sustinendi requiri solet probatio diminutionis ipsius dotis ab initio assignatæ, *Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 28. nu. 85. Oldrad. Consil. 162. sub num. 1. & in recentior. decis. 222. num. 15. par. 9.* cum aliàs ex eo quòd cum illius redditibus Antecessores honestè se sustentarunt, exinde exclusa prorsus remaneat unionis necessitas, *Oldrad. consil. 263. sub. nu. 1. Adden. ad Gregor. decis. 419. num. 6. Rota decis. 757. num. 4. par. 3. rec.*

Eòque potissimum res clara procedit inspectâ ea facti circumstantia, quod ex parte ejusdemmet moderni Decani probatum extitit nonnullos ex Canonicis, ex quorum numero Decanus eligi debet affecta dignitate Decanali, Canonatum licet cum Decanatu compatibilem spontè dimisisse, retinendo solummodo Decanatum de tali dignitate contentos, citra quod obesse possit, quod ob populi calamitates ex causa Belli in illis finitimis regionibus vigentis, non poterint per nonnullos annos exigi integri 67 redditus, quia ex hujusmodi accidentali, & temporali diminutione nihil potest perpetuum determinari, *Card. de Luc. de benef. disc. 44. num. 8. Rot. coram Bich. decis. 152. num. 22. & advertit altera mea decis. sub §. Neutiquam.*

Neque Ecclesiæ necessitas ritè elicitur ex eo, quod sub initio anteaucti sæculi repudiata extiterit eadem dignitas Decanalis, & recusata fuerit acceptatio electionis ob sumptus extraordinarios in conviviis per Decanum sæpè sæpiùs celebrari assuetis, & hac de causa post subsecutam unionem unius beneficii valoris modiorum 55. speltæ, & sic juxta notoriam Datarie praxim ducatorum 55. auri de Camera, capitulariter anno 1606. Decretum fuerit, quod Decanus tunc electus juramentum subire deberet de procuranda unione duorum aliorum beneficiorum valoris ad minus modiorum 30. pro quolibet ab Ordinario, & confirma-

firmationem Apostolicam desuper reportare, & hoc Decretum constabilitum, & probatum ulterius remanserit ab eodem Capitulo de anno 1623. sub enunciativa, quòd Nobiles propter modicitatem proventuum respectu onerum aliquoties dignitatem Decanalem suscipere recusaverint.

- 68 Nam præterquam quòd recusatio unius vel alterius nullius ponderis habenda foret in concursu longè plurimum, qui deinde tam longævo centum, & decem annorum curriculo absque ulla prorsus interruptione Decanatum acceptarunt, & Ecclesiæ servitium nunquam fraudarunt, ad *Text. in Cap. Nulli Leg. plenè. ff. quod cujuscumque universit. nom. Capit. quod omnes de regulis juris in 6. Capit. Ecclesia vestra de electione*, & ponderavit, *Rot. coram Peuting. dicta dec. 200. num. 10.* insuper exinde potius excluditur Ecclesiæ necessitas, & superlativè convincitur unio exoptata solummodo ad lautius juxta gradum Nobilitatis personarum expendarum in convivis, quod non præstat justam causam Ordinario, sed ad summum adaperire valeret viam supplicandi, S. Sedem Apostolicam aliquando splendidiori personarum sustentationi gratiosè subvenienti, prout de facto sicuti in ipsius Apostolicæ autoritatis præsidio, & benignitate eorum spem Capitulares reposuerunt adstringendo jurejurando Decanum electum ad procurandam dictæ S. Sedis confirmationem, ut in sequelam Sacramenti à Decanis Successoribus reiterati alter ex eis supplices preces porrexit, licet exaudiri non meruerit, attento quòd etiam Nobiles possunt conditionis propriæ partes generosius adimplere, ex redditibus Canoniciatus, nec non dignitatum Collegiarum totius Civitatis, & Diocesis, quæ uni ex Capitularibus conferri solent ex peculiari Indulto, de quo penes, *Kochier. ad regul. Cancell. post regul. 3. sub num. 13. ab Urbano VIII. confirmato, ut apud Nicolariæ ad concordat. Germania tit. primo de reservat. pag. 47.* ac aliorum beneficiorum etiam incompatibilium, quorum retentio accedente dispensatione Apostolica in partibus Germaniæ benignissimè indulgeri, faciliusque pro commodiori sustentatione personarum, & ob eorum

prærogativam concedi consuevit, quam permitti uniones, ut notat *Fagnan. in dicto Cap. exposuisti de præben. in 6.*

- 69 Undique igitur constabilità nullitate unionis, eaque comperta penitus insubsistenti, succedit in necessarium consequens bonum jus actoris innixum gratiæ Summi Pontificis, ac propterea ipsius literæ desuper expeditæ super controverso beneficio uti devoluto ad Sanctam Sedem Apostolicam, cum dignoscantur in omni sui parte justificatæ, plenariam executionem promerentur ad *Text. in cap. Si Capitulo de concess. præben. in 6. Rota in Monasterien. Vicariæ 12. Martii 1706. §. arbitrium coram bon. memor. Omanna, & in Comen. beneficii 14. Decembris 1708. §. Indultum coram Reveren. Labacen.*

Neutiquam obstante replicatione, quòd Decanus Ordinarius Collator ejusdem beneficii contendat abstinuisse à collatione sub certa credulitate validitatis reportatæ unionis, sub eaque bona fide sibi præjudicatum dici non valeat per lapsum temporis, quominus possit secuta declaratione nullitatis unionis, quæ implicito statu validitatis versabatur, admitti ad beneficium restitutionis in integrum, eaque obtenta saltèm ad liberam ejusdem collationem pro suo munere devenire, perindè, ac si unio nunquam fuisset facta, & tempus à Concilio Lateranensi præfixum patronis ad præsentandum non extitisset effluxum juvante bona fide, & legitima excusatione.

Ultra, quod enim versamur in nullitate propemodum clara quacumque excusationem sive bonam fidem rejiciente, ut firmavit *Rota decis. impress. penes Garz. de benef. quæst. 12. cap. 2. nu. 192. & 195.* ea præsertim urgente facti circumstantia, quòd ipsemet modernus Decanus in assumptione Decanatus solemne juramentum præstiterat de reportando confirmationem Apostolicam, quamobrem cum ex postea adèd solemni suæ obligationi contravenerit, negligendo Sedis Apostolicæ assensum omnino requisitum tam de jure, quam ex proprio facto, & conventionem, excusationem proinde aliquam prætexere non valet, nec dignus dijudicari potest beneficio restitutionis in integrum ad liberè conferendum beneficium, cujus jura per sæpeditam

ctam

Etiam unionem nullam prorsus, & infectam à semetipso penitus abdicavit, quia cum Papa manus apposuerit sub expressa narrativa nullitatis secutæ unionis, indeclinabilis remansit devolutio, & consecutivè ad beneficii collationem liberè devenire potuit, ut plenè firmavit Rota in *Monasterien. Decanatus* 22. *Januarii* 1712. §. *Subsistere coram me*.

Et ita per Dominos in reliquis approbantes cætera omnia deducta in præcedenti decisione, partibus vicissim acerrimè contendentibus, ac quinto, & sexto iustfragantibus decisum fuit.

ARGUMENTUM.

Unio beneficiorum simplicium patronalium facta Canonicatibus, ex quibus probetur, vel non probetur, & ex quibus excludatur.

SUMMARIUM.

- 1 *Qui sint actus, qui includunt, & probant unionem?* vide ibi & num. 5. 6. 7. & 8.
- 2 *Unionem esse subjectivam, aut æque principalem ex quibus cognoscitur?* vide ibi & num. 3. & 4.
- 9 *Enumerantur actus, qui non includunt, nec probant unionem, & num. 10. usque ad 14.*
- 15 *Actus, qui positivè excludunt unionem, qui sint?* vide ibi & num. 16. 17. & 18.
- 19 *Quod Vicarius Ecclesie parochialis unita Monasterio denominetur Parochus non excludit positivè unionem.* Amplia ut num. 20.
- 21 *Neque excluditur unio parochialis ex eo, quod in institutione Vicariorum adhibita fuerint nomina vacationis, & collationis.*

CASUS II.

Sæpe sapius solent esse lites, & controversiæ super existentia unionis, eo quia alii negant beneficia patronalia esse unita Canonicatibus, seu præbendis, alii verò id affirmant; unde congruum hic duxi enumerare actus, ex quibus probetur, vel non probetur; aut ex quibus excludatur unio.

1 Actus, qui includunt, & probant unionem, sunt instrumentum publicum unionis, hujus observantia immemorabilis, aut quadragenaria cum titulo. *Felin. conf. 2. num. 2. & seq. Turricell. de unione cap. 2. num. 8. & seqq. & cap. 11. num. 5. 9. & 23. Rot. decis. 47. nu. 2. cor. R.P.D. Ansaldo & in Reatina unionis 25. Junii 1708. §. de unione coram Eminentis. Scotto, & in Monaster. Vicaria 20. Martii 1713. §. Pro evitanda coram R. P. D. Crispo, & in Cracovien. seu Sandomirien. jurispatronatus 15. januar. 1714. §. Tandem coram R. P. D. Lancetta, & in Gerunden. parochialium super unione 18. Junii 1714. §. Urgebant coram R. P. D. Ansaldo.*

2 Quod instrumentum publicum unionis, si contineat verba *unimus, in visceramus, incorporamus, cum plenitudine juris, & domini, aut penitus extincto titulo beneficii* includit, & probat unionem esse subjectivam. *Garz. de benef. par. 12. cap. 2. num. 55. & seq. Turricell. de unione cap. 3. num. 16. Rot. decis. 305. num. 21. & seq. par. 11. & decis. 49. num. 2. & seqq. p. 15. rec. & in dicta Reatina unionis ubi supra, & in Ampurien. seu Civitaten. unionis 25. Junii 1708. §. Et sanè coram Reverendis. Molines, & in Neapolitana unionis 23. Junii 1710. §. Qua quidem coram eodem superius impress. Can. VI. Cas. II. num. 32. & 35. & in dicta Cracovien. seu Sandomirien. jurispatronatus 14. januar. 1714. §. Validius, & §. Littera coram R.P.D. Lancetta.*

3 Aut si in eo declaratum appareat Ecclesiam esse plenè jure subjectam tam in temporalibus, quàm in spiritualibus, probat paritèr, & includit unionem esse subjectivam, quia licet ex simplici unione quoad temporalia per viam donationis jurispatronatus, decimarum, bonorum &c. non inferatur ad unionem, plenaria tamen subjectio, tam in temporalibus, quàm in spiritualibus secum fert unionem subjectivam. *Murg. de benef. qu. 4. num. 52. Rot. in Burgen. jurisdictionis super actibus parochialibus 26. Junii 1715. §. Nec dicatur coram R. P. D. Crispo.* Si verò instrumentum non contineat aliquid, quòd clarè demonstrat unionem esse subjectivam, tunc assistentia juris, & præsumptio stat, quod unio sit facta æquè principaliter, & non accessoriè.

Gonzal.

- Gonzal. ad regul. 8. Gloss. 5. §. 7. nu. 132. Card. de Luc. de Præminen. disc. 7. nu. 9. & seqq. Barbof. de offic. & potest. Episcopi alleg. 66. num. 52. Rot. in dicta Ampurien. seu Civitaten. unionis 25. junii 1708. §. Et sanè coram Reverendis. Molines.*
- 5 Deficiente instrumento unionis, hæc probari potest per signa, conjecturas, & argumenta *Rot. decis. 886. num. 1. coram Cerro & decis. 252. num. 10. coram Priolo & in Mediolanen. jurium parochialium 20. Aprilis 1708. §. Ex quibus coram Eminen. Scotto.*
- 6 Inter signa unionis præsertim Ecclesiæ parochialis Monasterio, e. g. esset si Ecclesia parochialis post Concilium Tridentinum, nunquam fuisset provisiva per concursum, sed ad nominationem Abbatum; talis namque negativa provisionis per concursum arguit Ecclesiam esse unitam, nam aliàs tot ordinarii, qui in decursu tanti temporis extitere, essent redarguendi de supina oscitantia, ac de inexcusabili contraventione conciliari dispositioni, conferendo absque concursu, quod præsumi nequit. *Rota decis. 9. num. 9. cum seqq. par. 10. rec. & decis. 886. nu. 2. & seqq. coram Cerro, & alii apud Rot. in Compostellana parochialium 13. Mar. 1716. §. Certoque certius coram R. P. D. Ansaldo.*
- 7 Alterum signum unionis esset, si per longævum temporis decursum nulla fuisset facta à Dataria provisio de reservato, hujusmodi namque negativa provisionum Apostolicarum vehementer concludit affirmativam unionis *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. Gloss. 5. §. 3. num. 60. Turricell. de unione cap. 4. nu. 55. Rot. in dicta Compostellana parochialium ubi supra §. Indubitantius.*
- 8 Probari etiam potest unio per testes formiter examinatos, & de ea deponentes cum suis requisitis essentialibus. *Rot. in Lucana unionis 3. junii 1707. §. Nam coram Eminentif. Priolo.*
Actus verò, qui non includunt, nec probant unionem sunt.
- 9 Primo: Copiæ depromptæ ab illegalibus cartis, & bullis præferentibus unionem, hanc non includunt, nec probant, nè aliàs major fides, copiæ, quàm originali habeatur. *Felin in Cap. contra causam nu. 2. de probat. Rot. decis. 323. n. 18. coram Buratt. & decis. 221. n. 24. par. 9. & decis. 535. num. 12. par. 14. rec. & in Gerunden. parochialium super unione 18. junii 1714. §. Quamvis coram R. P. D. Ansaldo.*
- 10 Secundo: Instrumentum, aut aliud documentum unionis extractum non servata forma literarum compulsorialium non probat, nec includit unionem, quia illius extractio est nulla. *Rot. decis. 6. num. 1. & seqq. coram Duran. & decis. 580. num. 1. & seqq. coram Cavaler. & decis. 76. num. 10. part. 6. rec. & in dict. Gerunden. parochialium ubi supra §. Atque hinc.*
- 11 Tertio; consensus præstitus à Rectore Ecclesiæ in permutatione, & resignatione beneficii, quod prætenditur uniti eidem Ecclesiæ, licet probet, & concludat jus patronatus, non probat tamen, neque includit unionem. *Rot. decis. 47. num. 9. apud R. P. D. Ansaldo. & in dicta Gerunden. parochialium super unione 18. junii 1714. §. Quoverò coram eodem.*
- 12 Quarto; Fundatio, seu situatio beneficii, aut Ecclesiæ in solo Canonicatus, aut Monasterii, cui dictum beneficium prætenditur unitum, licet suffragetur ad probandum jus patronatus, non concludit tamen, nec probat unionem. *Rot. decis. 204. num. 5. par. 2. rec. & in Firmana jurisdictionis super modo visitandi 20. Martii 1712. §. Hinc propterea coram Reverendis. Molines.*
- 13 Quinto; Donatio beneficii, seu quod beneficium fuerit donatum Canonicatus, aut Monasterio à Patronis non probat, nec includit illius unionem, cum ex patronorum concessione dici non possit facta unio, dum in eorum potestate non resideat Ecclesias unire, & donare beneficium sit donare jus de illo liberè providendi, aut jus ad illud præsentandi. *Turricell. de unione cap. 6. num. 51. Rot. decis. 77. num. 6. coram Gregor. & decis. 179. num. 12. coram Ottobon. & in Firmana jurisdictionis super modo visitandi 20. Martii 1702. §. Prout coram Reverendis. Molines, & in Herbipolen. Monasterii 10. junii 1707. §. Sed inutiliter, & 17. jun. 1709. §. Ad huc objectum coram bon. mem. Cassarello, & in Constantien. unionis super bono jure 23. junii 1710. §. Sed coram R. P. D. Crispo.*
- 14 Sexto; annua solutio census, seu quod singulis annis beneficium solvar certum cen-

cenfum Canonicatui, aut alteri Ecclesiæ non inducit unionem, sed potius indicat meram subjectionem, *Rota decis. 179. num. 18. & decis. 223. num. 17. coram Otobon. & in dicta Firmana jurisdictionis ubi supra S. Nec.*

Actus denique, qui positivè excludunt unionem sunt.

15 Primò; Collationes beneficii, quod prætenditur, uniti, semper, & inconcussè factæ ab Episcopo, istæ enim positivè excludunt unionem, dum nihil tam uni adversatur, quàm status collativus. *Cockier. de permut. benef. par. 2. cap. 8. n. 2. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. Gloss. 5. §. 7. n. 2. & 7. Rot. decis. 219. num. 23. part. 11. rec. & in Acerrana Beneficii super executione Litterarum Apostolicarum 6. Junii 1710. S. Eoque magis coram Eminentiss. Priolo, & in Gerunden. Parochialium super unione 18. Junii 1714. S. Illegalitati, coram R. P. D. Ansaldo.*

16 Secundò; permutationes, ac resignationes beneficii positivè excludunt hujus unionem. *Rot. decis. 244. sub num. 5. coram Emerix, & decis. 142. n. 6. cor. Gregor. & decis. 219. nu. 22. & seqq. par. 16. rec. & in dicta Gerunden. Parochialium super unione, ubi supra S. In idem.*

17 Tertiò; assignatio omnium fructuum, reddituum, jurium, & proventuum parochialium facta Sacerdotibus in Parochos assumptis positivè excludunt unionem Ecclesiæ Parochialis alteri Ecclesiæ, aut Monasterio, si enim Ecclesia Parochialis fuisset alteri Ecclesiæ, aut Monasterio unita, omnia emolumenta ad hanc Ecclesiam, seu Monasterium pertinuisent, assignata tantùm certa congrua portione Vicario ad exercitium Curæ assumpto. *Garz. de benef. part. 12. cap. 2. n. 34. Turricell. de unione cap. 4. nu. 11. Rot. decis. 320. n. 1. coram Emerix jun., & in Reatina unionis 25. Junii 1708. S. De unione, & S. Postea coram Eminentiss. Scotto, & in dicta Gerunden. Parochialium, ubi supra S. Eadem, & in Compostellana Parochialium 13. Martii 1716. S. De unione coram R. P. D. Ansaldo.*

18 Quartò; præsentationes Rectoris, aut Vicarii Ecclesiæ Parochialis factæ à Rectore Ecclesiæ, aut ab Abbate Monasterii, cui Ecclesia Parochialis prætenditur unita, hujus unionem positivè excludunt, quia præsentatio est effectus jurispatro-

Par. V.

natus, & juspatronatus cùm sit servitus dari non potest in re propria, qualem facit unio subjectiva. *Card. de Luc. de paroch. disc. 10. num. 8. Rot. in Constantien. unionis super bono jure 23. Junii 1710. S. Præsertim coram R. P. D. Crispo, & in dict. Gerunden. Parochialium super unione, ubi supra S. Nec minus, & in Firmana jurisdictionis super modo visitandi 20. Mar. 1702. S. Præterea, cor. Rever. Molines.*

19 E contra, quod Vicarius Ecclesiæ Parochialis unitæ Monasterio, aut Collegio denominetur Parochus, non excludit positivè unionem, nec probat hanc esse ineffectuatam, hujusmodi namque denominationes possunt abusivè fieri, & commodè referuntur ad majorem quamdum honorificentiam ejusdem Vicarii. *Barbos. de offic. & potest. Parochi part. 1. cap. 1. num. 55. Rot. decis. 817. num. 11. par. 18. rec. & in Cracovien. seu Sandomirien. jurispatronatus 15. Januar. 1714. S. Quibus coram R. P. D. Lancetta.*

20 Maximè si concurrerent aliæ denominationes factæ sub expressione Vicarii perpetui, istæ enim declararent, & explicarent æquivocas denominationes factas sub expressione Parochi. *Rot. decis. 252. num. 2. & seqq. coram Priolo, & in Novarien. Parochialis, seu Vicaria 22. Jun. 1705. S. His postis coram bo. mem. Eminen. Caprara, & in dict. Cracovien., seu Sandomirien., ubi supra S. Tantaque magis.*

21 Sicuti positivè non excluditur unio parochialis, nec hujus ineffectuatio probatur ex eo, quod in institutione Vicariorum adhibita fuerint nomina vacationis, & collationis, quia licet in Ecclesiis parochialibus unitis non detur rigorosa vacatio, nec collatio de jure, nihilominus datur impropria vacatio, & dicuntur vacare, & conferri de facto, quando per obitum unius Vicarii perpetui præsentatur, & admittitur alter. *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. Gloss. 15. §. 1. num. 2. & seq. Cardin. de Luc. de benef. disc. 97. num. 19. Rot. in Burgen. jurisdictionis super actibus parochialibus 26. Junii 1715. S. Neque subsistit coram R. P. D. Crispo.*